



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

44. De semine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

Gratia.
Phil. 4.
13.
Rom. 8.
35.
Mat. 16.
18.

ad centrum proprij nihili, in quo tanquam terra stabilis, immotaque perseverat. *Petra* est etiam Christi gratia, cui fidendum, non sibi: *Omnia possum in eo, qui me confortat, ut dicere possim: Quis me separabit à charitate Dei? nec porta inferi prævalebunt adversus eum.*

MEDITATIO XLIV.

De Semine. Luc. 8.

PUNCTUM PRIMUM.

Semen
verbum
Dei.

Semen est verbum Dei, ut ipse Dominus exposuit, idque tum externum instructionis, tum internum inspirationis divinæ, & hoc maxime; quod est, quasi vis seminalis in grano, quia sine interno frustra jacitur externum. Qui seminat, est præcipue Deus, auctor bonæ inspirationis. Externum autem verbum etiam hominis & pij libri, tanquam semen jaciunt.

Terra anima.

Terra est anima, secundum suas potentias. In *memoria* excipit pias cogitationes, sanctarumque rerum imagines: in *intellectu* illustrationes cælestes ad divina penetranda, nec non consilia bona agendorum, & dictamina conscientia, vel arguentis quæ agit, vel probantis: in *voluntate* motiones varias ad bonum. Finis est, ut terra ipsa perficiatur. Gratias agam, petam, ut terram animæ meæ subigere, seminareque copiose velit.

Finis
fructus
operum.

PUN.

PUNCTUM II.

QUOD non omnis terra fructificat. 1. Illa, ^{1.} Illa, ^{Via cor} quæ est *secus viam*: quo fit, ut partim ^{durum.} semen conculceretur à prætereuntibus, partim à volucribus comedatur. *Hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant.* Nempe homines cor habentes pervium quibusvis cogitationibus & desiderijs, qui non condunt intra se verbum, & exterius in superficie tantùm excipiunt, ut solùm non subactum, quales sunt viæ publicæ. 2. Est terra petrosa, quæ ^{2.} non habet humorem. *Hi sunt, qui cum gaudio suscipiunt, & in tempore tentationis recedunt.* Nempe homines bene propensi, sed instabiles. in quibus semen radices non agit; sicque orto sole tentationis, arescunt; quos S. Marcus *Temporales* vocat, & sunt quasi nebes matutina, & quasi ros manè pertransiens. Porro sol lucet & adurit, quod est duplex tentationis genus, unum à prosperitate, alterum ab adversitate rerum: oportet autem se exhibere Dei servum in utraque fortuna, atque ut ait Paulus, *Per infamiam & bonam famam, &c.* 2. Cor. 6.

3. Est terra *Spinosa*, in qua ^{3.} *simul exorta spina* ^{Spinæ} *semen suffocant*: & hi sunt, qui à ^{divitiæ,} *sollicitudinibus & divitijs, & voluptatibus vite euntes suffocantur, & non referunt fructum.* Tria ista, ^{curæ,} *quæ blanda hominibus videntur, Christus vocat Spinæ;* nempe animum pungunt, & cruciant. ^{voluptates.}

^{2.}
 Devotio
 incon-
 stans.

^{3.}
 Spinæ
 divitiæ,
 curæ,
 volupta-
 tes.

ciant.

ciant. O Deus! malim pungi spinis tuæ coronæ: & licet carnem lacerent, spiritum sanant.

Nota, quòd prima terra ne germinare quidem incipit: secunda non promovet defectu succi: tertia succum habet, sed ob vepres non affurgit.

PUNCTUM III.

Tres
gradus
fructuū
bonorū.

Terræ bonæ & fructiferæ sunt tres similiter gradus: alia reddit *Tricesimum*, alia *Sexagesimum*, alia *Centesium*, juxta tres gradus incipientium, proficientium, & perfectorum, vel, ut Patres exponunt, secundum status conjugij, Cælibatūs, Martyrum.

MEDITATIO XLV.

De Zizanijs. Matth. 13.

Mat. 13.
37.

EXposuit hanc parabolam ipse Dominus: *Qui seminat bonum semen, est Filius hominis. Ager autem est mundus, bonum verò semen hi sunt filij regni. Zizania autem sunt filij nequam. Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus.*

PUNCTUM PRIMUM.

Justi se-
men.

Iusti sunt Christi semen, hoc est filij ab eo geniti in gratia, & ideo semen dicuntur, quia per eos alij gignuntur Christo. Filij autem regni dicuntur, quia, *si filij & hæredes regni paterni.*

Rom. 8.
17.

Zizania